



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Enchiridion Sev Manuale Episcoporum Pro Decretis in
Visitatione, & Synodo, de quacumque re condendis.**

Gavanti, Bartolommeo

Venetiis, 1650

Cingari.

urn:nbn:de:hbz:466:1-9534

maces iris remedijs *Congreg. Rit. mense Decemb. 1630.*

- 2 Non tollit immemorabiles, & laudabiles consuetudines, sed abusus. *ead. 10. Jan. 1604. 10. April. & 19. Junij 1604. 17. Sept. 1611. 28. Ianuar. 1612. 4. Apr. 1615. 30. Jan. 1616.*
- 3 Et procedit in omnibus locis Christianitatis totius. *17. Junij 1606.*

Cessatio à Diuinis.

- 1 Non est censura. *Tolet. libro 1. capit. 56.*
- 2 Debet maior pars Canonicorum conuenire cum Episcopo, seu Vicario ad discernendam hanc pœnam *DD. in c. quamuis de officio ordin.*
- 3 Iudex intra mensem debet monere Papam, ad quem debet pars, ad cuius instantiam ponitur proficisci, aliàs est nulla. *Tolet. loco cit.*
- 4 Eo tempore prohibetur Eucharistia, nisi per modum Viatici detur. *Henriq. 3. V. interdictum cap. 52.*
- 5 Item prohibetur, etiam Sacerdotibus extrema vnctio, idem *cap. 53.*
- 6 Item sepultura ecclesiastica. *Tolet. & Henriq. ibid. loco cit.*
- 7 Episcopus potest, durante cessatione hac celebrare in ecclesia, vbi ea posita est. *Sayr. lib. 2. de cens. c. 9. n. 5.*
- 8 Non tamen potest ordines conferre, nisi deficient Sacerdotes, qui necessaria Sacramenta ministrent. idem *ibid. n. 11.*
- 9 Ille, in cuius contumaciam ponitur, debet soluere damna, & distributiones Canonicorum, elemosynas pro defunctis, *de off. ord. in 6. c. si Canonici.* si vero iniuste, soluat Iudex. *Tolet. sup.*
- 10 Non enim in hoc casu possunt Canonici percipere distributiones quotidianas. *Monet. de distrib. par. 2. qu. 16. numer. 36. conclus. 2.*
- 11 Possunt tamen celebrari diuina officia in ijs Festis in quibus tempore interdicti. *Idem ibid. numer. 46.*

Cingari.

- 1 Videat Episcopus, an schismaticorum mores præferant. *Prunc. 5.*

- 2 Quadragesimæ tempore quomodo viuunt. *ibid.*
- 3 Si publicè offendunt, ab ecclesia tempore diuinorum officiorum eijciantur. *ibidem.*
- 4 Qui filios suos Cingaris vendunt, eo ipso excommunicationis penam incurunt. *Prou. 7.*

Clericus.

- 1 NE cuiquam liceat clericalem habitum sumere, antequam prima tonsura initietur, sine licentia in scriptis. *Prou. 3.*
- 2 Clericalis habitus ab Episcopis in clero procuratur congruus vsque ad priuationem officiorum, & beneficiorum inclusiue. *Trid. sess. 14. cap. 6.*
- 3 Quicumque clericus debet omnino gestare vestes talares, & tonsuram sub pœna amissionis beneficiorum, & pensionum ipso facto. *Sixtus V. Anno 1589.*
- 4 Exceptis ijs, qui non percipiunt de bonis ecclesiasticis vltra ducatos 60. aurei de camera. *ibid.*
- 5 Habitus clericalis potest esse breuior inter agentibus, & ruri habitantibus. *Congreg. Ep. 18. Oct. 1589.*
- 6 Clericus pauper non habens habitum congruentem excusatur. *Decisum refert Vgol. de potest. Episc. c. 12. n. 3. vers. 5.*
- 7 Color niger semper adhibeatur, nisi alium requirat dignitatis gradus. *Prou. 1.*
- 8 Ne serico vestimento domi, neque foris vtantur. *ibid.*
- 9 Laneus adhibeatur. Reticulo, aut sub bireto, vt vocant, ne vtantur, nisi valetudinis gratia, & sine redimiculis. *ibid.*
- 10 Camisas ad collum crispas, & rugosas, vel artificio elaboratas, & ad manus, reijciant. *ibid.*
- 11 Collare simplex, & modicè latum honestè reclinetur. *ibid.*
- 12 Externa vestis simplex, & talaris erit. *ibidem.*
- 13 Turgidis caligis, & disiectis abstineât, calceos, & crepidas ad elegantiam non incidant. *ibid.*
- 14 Torques, armillas, ac monilia respuant: anulum ne gestent, nisi propter honotus gradum, quibus est concessis. *ibid.*